



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Poemata Ferdinandi Episcopi Monasteriensis Et Paderbornensis, S. R. I. Principis, Comitis Pymontani, Liberi Baronis De Furstenberg**

**Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>**

**Parisiis, 1684**

Ad Franciscum Barberinum Card. & S.R.E. Vicecancellarium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7748**

50 FERDINANDI EPISCOPI MONASTER.  
Et genus acre lupos terræ dic deesse ' Britannæ:  
Sævior est ipsis terra Britanna lupis.

A D

FRANCISCUM BARBERINUM  
Card. & S. R. E. Vicecancellarium.

*Ut Luca Holstenii Hamburgensis, Vaticana Basilica Canonici,  
& Bibliotheca Custodis primarii, IV. Non. Febr. An. M. DC. LXI.  
defuncti scripta in lucem proferat.*

OCCIDIT Holstenius, Graiæ Latiaque  
Minervæ

Artibus Eois notus & Hesperiiis.

Holstenius, quo non fuerat mihi carior alter,

Nec posthac umquam carior alter erit.

Heu! Vaticanæ mecum plorate Camenæ

Delicium vestri præsidiumque chori.

Illius inprimis studio defensa fideli

Relligio madidis lugeat orba genis.

Grande decus, columenque sacri, FRANCISCE,  
Senatus

Solari nostras perge tuasque vices.

Ede laboratas, quas celant scrinia, chartas,

Queis meliore sui parte superstes agat.

Vivitur ingenio, nec in illud ferrea quidquam

Inciso Lachesis stamine juris habet.

Sic bene de Musis, & Relligione merendo,

Laus tua, & Holstenii vita perennis erit.

\* In Angliâ lupi nulli, assiduis venationibus stirpitus excisi. *Polyd. lib. 1.*